



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 41. Helvetiorum Tumultus apud Pontem tremulum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

nuenium urbem cingunt; verum cum Sæcul. XV.  
 Ludovicus Seditionem sedare summe intentus, ac Gallorum classis in Rapallen-  
 si portu maris tempestate dissipata esset,  
 Regis copiæ pedem referre, Astamque  
 repetere cogebantur, non sine frequenti  
 cladi periculo, quod tamen prospere  
 eluctatæ sunt, quam felicitatem nulli alteri  
 debebant, nisi mutuæ Fliscorum,  
 atque Adorniorum invidiæ, qui Gallos  
 insequi neglexerant, veriti, ne alterutro  
 eorum absente alter in æmuli sui commo-  
 dum potentiorem in urbe factionem sibi  
 conciliaret.

## §. XLI.

*Helvetiorum Tumultus apud Pontem-  
 tremulum.*

Ergo Gallorum copiæ usque ad Pon- Comm. l. 8.  
 tem-Tremulum procedentes, oppi- cap. 5.  
 dum ingrediuntur, opitulante Trivulcii  
 auctoritate, qui illud jam antea captum,  
 abunde annonæ, ac armorum apparatu  
 instruxerat. Gallis ibidem benigne rece-  
 ptis, Gienfis Marescallus, qui primum  
 agmen ducebat, unice eo intentus erat,  
 ut juga Apenina superare posset. Ceterum  
 in hac eadem urbe jam olim Hel-  
 vetii, cum primo itinere eam pertran-  
 siren, cum civibus ad rixas veniebant.  
 Litis occasionem præbebat annonæ, quæ  
 ipsis

Sacul. XV.  
A.C. 1495.

ipsis in dies distribui debebat ; cum igitur utrinque contentio effervesceret, Helvetiorum nonnulli a civibus trucidabantur, unde illi comilitonum suorum necem ulturi, plusquam ducentos cives occidabant ; nunc vero cum redirent, pristinæ, qua Neapolim euntes afficiebantur, injuriæ memoria in eis recrudescere cœperat, hinc conspecta urbe, mox sopia-tas iracundiæ flamas denuo accendunt, domos exsfoliant, ac obvium quemque, qui eis resistere posset, promiscue jugulant; postquam vero tumultuantum crudelitas civium sanguine satiata fuerat, nihilque ultra eorum avaritiam moratur, jam deprædationibus fessi, urbem comburunt, communique incendio ipsa quoque commeatus bellici horrea absument, ac nequidem ullum extinguen-dis flammis temporis spaciū indulgent. Helvetii haud ignari, se hoc immani furore sumam Regis indignationem in se concitasse, culpam suam agnoscebant, cumque viarum iniquitate factum esset, ut equi tormenta bellica haud ultra trahere possent, Regem ob id haud parum anxium adeunt, suam operam offerunt, semetipos plaustris equorum more jungunt, ac tormenta trahunt, atque illa, quæ humeris deferri haud poterant, toto lacertorum nisu, ac trochlearum ministerio in altum extollunt. Ad hoc Hel-

vetic-

Sæcul. XV.  
A.C. 1495.

vetiorum exemplum Galli gravioris armaturæ milites, singuli globum ferreum portabant, nec ipso Trimollio Comite eadem servitia designante, demum imponentorum plaufra proxime post primum agmen sequebantur, a quo tamen ultima acies tridui intervallo distabat. Verumtamen quo alacrior erat ascensus, eo major erat in descendendo difficultas, quam tamen militum constantia superabat, tanto licet labore, ac sudore, ut Trimollii facies, devicta montis asperitate, Æthiopi haud absimilis videretur.

§. XLII.

*Gallorum exercitus Fornovi.*

Denique primum agmen, cui Giensis Guicciardini l. 2.  
Marescallus præerat, armatis non- Comm. l. 8.  
nisi mille quingentis, aut forte sexcentis  
validum pervenit ad Forum - novum.  
*Fornovum* vulgo dictum, quod est oppi-  
dum in Parmensi territorio, novem mil-  
liarium intervallo Placentia distitum.  
Igitur Marescallus confestim hostium ca- Vita Alex.  
stra haud procul inde posita explorari ju- VI. in tomo  
bet, breveque a suis emissariis edocetur, V. Comm.  
Foederatorum exercitum militum facile p. 484.  
quadraginta millia recensere, ac quos-  
dam captivos enunciasse, intra tres, aut  
faltem post quatuor dies totum agmen  
centum bellatorum millibus auctum iri:  
Nihil-